

Band X., Nr. 4629, Seite 316-317

*Truchsess Walther von Warthausen schenkt dem Kloster Heggbach die
Mühle in Birkendorf.*

Biberach, 1295. März 9.

In nomine domini. Amen. Ne pia gesta propter labilem hominum memoriam et lubrici temporis intervallum patiantur sui roboris detrimentum, cautum est ea scripturarum et testium amminiculis perhennari. Noverint igitur universi singuli presentes et futuri presentium inspectores, quod ego Waltherus dapifer de Warthusen miles post resignationem michi de molendino in Birkendorf de Cûnrado dicto Vrügen civi in Biberach et suorum puerorum fidelibus portatoribus et iuris defensoribus ac heredum, qui quidem molendinum a me nomine feodi detinebant, pure factam dictum molendinum in Birkendorf et eius proprietatem cum omnibus pertinentiis, quod vulgo ze wasen oder ze zvie nuncupatur; et usufructuum perceptionibus non aliquo iure michi nec meis heredibus *reddinente*, quod vulgo dicitur ehæftin, donavi *dradidi* et presentibus resignavi altari sancte Marie virginis domine . . . abbatisse et sanctemonialibus conventus in Heggbach ordinis Cisterciensis dyocesis Constantiensis in remedium anime mee et salutem proprie et quiete possidendum. Nichilominus profiteor presentibus et protestor, quod ego Waltherus dapifer de Warthusen iam dictus nullum alium molendinum nec mei heredes sive posterii in litore aque Rûssaigie a Warthusen usque molendinum Birkendorf predictum debeo edificare nec aliquem molendinum Birkendorf suis frugibus querentem impedire, sed de dicta donatione molendini et eius proprietatis in Birkendorf contra quoslibet dictum conventum in Heggbach impugnantes warandzum ex mei parte ubilibet locorum me offero obligatum et omnia que dictus conventus in Heggbach apud dominum meum regem Romanorum de molendino pretaxato facere decreverit vel alios sine dolo adimplere. In hiis omnibus volens ac libens renuntio omni iuris aminiculo omnibus legum et canonum subtilitatibus et locorum constitutionibus, per que aliquid eorum que gesta sunt et scripta possent per me vel alium seu alios quomodolibet calumpniari. In cuius facti et huius rei testimonium presentes dedi domine . . . abbatisse et sanctemonialibus conventus in Heggbach sepepredictis sigilli mei munimine roboratas. Testes huius sunt: Cûnradius pincerna de Wintersteten, dominus Andreas de Lanquat¹, dominus Waltherus de Mûngoltingen, dominus Cunradus de Brihsen² milites, Helwigus de Busteten, Ūl. de Mûlibrunne,

¹Heute Herrlishöfen, Warthausen, BC.

²Brisen, unermittelt.

II

dictus Schad uf der Lindun, Ber. Kuzenkoven, Hainricus filius prepositi in Osenhusen, Hainricus dictus Hüpman, Berhtoldus monetarius, Gretarius, Ber. de Tiwingen, Hainricus de Membrehzwilar, Wernzo panicida, Puggo panicida, Her. dictus Hase, Liut. Vrugo et alii quam plures fide digni.

Datum et actum Biberach, anno domini MCCLXXXX quinto, feria IIII. ante dominicam qua cantatur Letare.

—

Textabdruck folgt dem Original.

Beschädigtes spitzovales Siegel des Ausstellers, s. WUB, Bd. X, S. 32, Nr. 4238.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

4/6623

Überlieferung und Textkritik:

Original. Vgl. Online-Repertorium HStA Stuttgart B 456 U 71 (+).

Regesten:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...] 39 (1885) S. 263 f.

Weitere Angaben

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Biberach

Ortsindex:

Baustetten Wohnplatz (17356)
Baustetten, Laupheim, BC
Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
Biberach an der Riß, BC
Birkendorf Wohnplatz (17114)
Birkendorf, Biberach an der Riß, BC
Brisen
Heggbach Wohnplatz (17376)
Heggbach, Maselheim, BC
Herrlishöfen Wohnplatz (17748)
Herrlishöfen, Warthausen, BC

IV

Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Megetsweiler Wohnplatz (20951)
Megetsweiler, Horgenzell, RV
Mundeldingen Wohnplatz (16912)
Mundeldingen, Oberstadion, UL
Möllenbronn Wohnplatz (21010)
Möllenbronn, Fronreute, RV
Ochsenhausen Wohnplatz (17448)
Ochsenhausen, BC
Warthausen Wohnplatz (17758)
Warthausen, BC
Winterstettenstadt : Ingoldingen BC
Winterstettenstadt Wohnplatz (17302)